(176)

SERV. ARHIVELOR STATULUI R.P.R. DEPOZIT

Sigismundus Bathory de Somlio Waiwoda Transsyluaniae et Siculorum Comes etc. Egregiis Joanni Horvath de Ladmocz provisori
nostro Albensi, Damiani Bako Officiali nostro Enyediensi, Caspari Bartha Kolosvary Camerario Salium nostrorum Vizaknensi ac Joanni Warsahelyi
Judici Regio Sedis Siculicalis Aranias. Salutem et favorem. Exposuit nobis honorabilis Urbanus Koppany, pastor oppidi
nostri Enyed, et Senior Ecclesiarum in Dioecesi Enyediensi constitutarum. Qualiter non desisterent nonnulli in praescripta Dioecesi Enyediensi
commorantes, Signanter vero Coloni et inhabitatores, oppidorum, Feluinc et Vizakna, item possessionum Miriszlo, Kerelő, Boroztel,
et Foldvar, qui bona, et proventus Ecclesiarum, et ministrorum in medio ipsorum existentium, ab eisdem Ecclesiis, abalienassent et in usus
suos proprios convertissent, in ruinam, et desolationem dictarum Ecclesiarum manifestissimam. Cum autem volumus nobiscum nostri
bona Ecclesiastica, et proventus, per quospiam in profanos usus converti, Sed ad aedificationem ipsarum Ecclesiarum ac earum
Ministros ab antiquis ordinatos, et deputatos conservari. Committimus et mandamus vobis harum serie firmiter, quatenus
praesentibus, statim praescripta bona, et proventus ab ipsis Ecclesiis, per praefatos incolas et inhabitatores praedictorum oppidorum et possessionum
modo praemisso abalienatos, et in profanos usus conversos, per vos praescriptis Ecclesiis reddi, et restitui facere modis omnibus debeatis
et teneamini. Secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae vigesima quarta die Mensis Aprilis
Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo, Septimo.

Sigismundus Bathory
de Somlio

1587. apr. 24.

87.

Debite est restitui
per responso

Mandatum Principis Sigismundi
Batori de et super restitucione
Certorum Bonorum et proventuum
Eclesiasticorum Diecesis Enyediensis